

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iesu christi. Millessimo ducentesimo Nonagesimo primo Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* regnorum eius anno sexto. Mense Novembris primo die eiusdem quarte Indictionis Ego dopnus Matheus f. qd. Guillelmi de Rocca presbiter ecclesie sante Marie de porta barolitanus In nostre mentis Intrinsecis *etc.* (*vedi perg. 1290 n.º 60*) Coram Iohanne de Archipresbitero regali Baroli Iudice. Iohanne de Cristiano puplico eiusdem terre notario et testibus *etc.* stante pro avvocato provido viro Iudice Angelo Manco de barolo *etc.* voluntarie ad laudem et gloriam, virginis dei genitricis, donavi et per fustem tradidi titulo donationis Irrevocabili inter vivos. Tibi honesto viro Iacono Nicolao de pace canonico Maioris ecclesie sante Marie episcopii Baroli pro parte dicte Ecclesie domum unam meam quam habeo intus in civitate Baroli in pictagio santi stephani a medio pariete iuxta aliam domum meam a medio pariete iuxta domum Guillelmi Grossi a medio castro iuxta domum Bartholomei de maynera iuxta viam puplicam et si qui alii sunt confines. Ex qua donacione nichil aliud peto ab eisdem clericis. nisi sepulturam in Ecclesia ipsa. in qua corpus meum post mortem meam sepeliatur inter alios clericos Ecclesie memorate. ac quolibet die Celebrare debeant missas, ad expensas eorum. ac alias orationes ad dominum pro anima mea, nec non singulis annis anniversarium pro anima mea et remedio peccatorum meorum. quatinus a presenti dicti clerici eiusdem Chori et ego tanquam usufructuarius habeamus dictam domum *etc.* Guadium quoque dedi tibi predicto Iacono Nicolao similiter recipienti nomine dictorum clericorum *etc.* quod scripsi ego predictus Iohannes de Cristiano puplicus Baroli notarius et signo meo signavi (*Segno*).

† Iohannes de archipresbitero q. s. Baroli Iudex. (*Segno*).

† Iohannes de Cantore puplicus Baroli notarius.

† Thomasius puplicus Baroli not. interfuit.

† Notarius Iohannes de Buchthono testatur.